

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Mendacium e
cum fontibus proximo et primo

Item Augustinus in quinto Psalmo.... Ne quis arbitretur perfectum et spiritualem hominem pro ista temporali uita, morte cuius sua uel alterius non occiditur anima, debere mentiri, sed quoniam
aliud est mentiri, aliud uerum occultare; siquidem aliud est falsum dicere, aliud uerum tacere;
ut si quis forte non uelit ad istam uisibilem mortem hominem prodere, paratus esse debet uerum occultare, non falsum dicere, ut neque prodat, neque mentiatur, nec occidat animam suam pro corpore alterius.

Sed quoniam
aliud est mentiri, aliud uerum occultare, siquidem aliud est falsum dicere, aliud uerum tacere;
si quis forte uel ad istam uisibilem mortem non uult hominem prodere, paratus esse debet uerum occultare, non falsum dicere, ut neque prodat neque mentiatur, ne occidat animam suam pro corpore alterius.

Aliud est mentiri, aliud est uerum occultare; sicut aliud est falsum dicere, aliud est uerum tacere; ut si quis non uelit ad mortem hominem prodere, paratus esse debet uerum occultare, non falsum dicere ut neque prodat, neque menciatur, neque occidat animam suam pro corpore alterius.

Augustinus super Psalmum V.

Gratianus, *Decretum*, 2.22.2.14 (*Corpus iuris canonici* 1, A. Friedberg ed., col.871).

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes in Psalmos*, 5.7 (CCSL 38, E. Dekkers & J. Fraipont eds., p.22, ll.25-30).